



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrvm S. Ivsti, Sive Ivstini, nouem annorum pueri; Ex eo quod est apud V. P. Laur. Surium: ex Venerabilis Bedæ Tomo 3. descriptum. a Passus est anno Christi 303. Marcel. Pap. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

*Translatio
reliquiarum
eius Consta-
tinopolim.*

moquarto, è corpore ad cælos migravit. Sepul-
tus est Constantinopoli; ad quam urbem vice-
fimo Constantij anno, qui fuit Christi Domi-
ni 356. ossa eius cum reliquijs Andreæ Aposto-
li translata sunt de Achaia.

*a Teste C.
Baron. Tom.
2. Annal.*

*MARTYRIVM S. IVSTI, SIVE IV-
stini, nouem annorum pueri; Ex eo quod est a.
pud V.P. Laur. Surium: ex Venerabilu Beda
Tomo 3. descriptum, a Passus est anno Christi
303. Marcel. Pap. 7.*

*18. Octob.
b eorum Im-
perij Anno
20.*

*Ingens per-
secutio in
Christianos.
Rictiouarus
erudelis
Christianorū
persecutor.*

*Parentes S.
Iustini.*

*Iustini san-
ctitas in te-
nra etate.*

DIOCLETIANO & Maximiano Im-
perij dignitatem administrantibus,
tanta in Christianos persecutionis de-
sæuijt tempestas, vt nemini quidquam vel
emere, vel vendere, vel aquam denique hauri-
re liceret, nisi prius infandis dæmonum idolis
thura cremaret. Ea tēpestate Rictiouarus præ-
fectus, missus in Gallias, immanis Christi &
Christianorum hostis, innoxiorum hominum
sanguinem sitiebat: & Basileę multos Christianos
in aquis præfocatos martyrio coronaue-
rat, cæterisque ybiuis locorum deg̃eribus eius-
dem crudelitatis edictum proponebat.

Per id tempus fuit Antissiodori Matthæus
quidam, vir bonitatis & iustitiae laudibus ad-
mirabilis; qui duos habebat filios Iustinianum
& Iustinum: quorum ille ætate, hic morum
maturitate anteibat; vita innocentia ac san-
ctitate in tenera licet ætate, omnibus con-
spicuus. Ante autem, quām hic Iustinus in luce
ederetur, frater eius Iustinianus ab hostib. ca-
ptus, & in seruitutem procul abductus est. At
beatum

beatus puer Iustinus, à teneris annis, rebus di- chareret præ-
 uinis mirificè deditus, eò virtutum & gratia- phetice fuisse
 rum, largiente Domino, peruenit: ut multa ritus.
 divinitus edocitus, inter cætera fratrem quo-
 quesuum in seruitute degere, eiusque herum
 Lupum Ambianis habitare cognosceret. Ita-
 que fratri amore inflammatus, patri idipsum
 indicauit; hortans eum, ut ad rediendum
 filium iter suscipiat. Cumquè pater se iti-
 neris istius ignarum responderet; sanctus
 puer animo accensus, coepit tota vrbē alii-
 quem itineris ductorem quæritate: Quo ta-
 men non inuenio; iterum rediit ad patrem;
 orans atque obtestans ut vna secum pérgeret;
 Christo haud dubiō cōmīte, le vocis suis nōn
 frustratos iri. Respondebit pater: Equidein, ini-
 fili, fortassis corporis fretus viribus, tanti la-
 bores itineris perferre potero. Tu verò cum
 tenellus sis, vereor sanè ut possis. Ad quā Iu-
 stinus puer respondit: Christi ego seruus sum;
 cui ego benè confido, cuiquā me semper com-
 mendare soleo. Pergamus pariter in eius no-
 mine: ille nos illælos & incolumes ducet re-
 dicere. Acquieuit tandem pater, & rebus ad
 iter necessarijs comparatis, Ambianum pari-
 ter perrexerunt.

Prima verò nocte Meloduni diuersantes, Liberalitas
 pauperē quendam ad portas obuiū habuere, & enī erga
 pedum officio, & oculorum lumine orbatus, pauperem.
 cui stipem obnixè petenti pius puer Iustinus
 cibū nō mōdō præbuit, sed & sua se tunica spō-
 lians, nudum ea contexit: Quare non nihil cō-
 motus pater, coepit eum obiurgare; illud bē-
 higotatis & humanitatis officiū dispendium

vocans. Contrà verò diuinis puer, multis ex sacra scriptura locis depromptis, patrem consolari, & illud beneficium in pauperem illum optimè esse collocatum docere.

Venient Lutetiam.

Cùm ergò noctem illam Meloduni exigissent, manè cœpto itinere pergentes, Christo duce Luteriam Parisiorum peruenierunt: vbi Hippolytus quidam peramanter eos exceptit, & humanissimè tractauit. Ab illo verò dimissi, vt Isaram fluuum attigerunt, non inuenere nauim, qua eum transmitterent. Molestè id ferente patre pueri, ille perturbatum consolatur indicans diuina reuelatione se edocum esse, propediem quandam affuturum, qui eos traducat. Adhuc puero hæc loquente, aduentus quidam nauta, qui promptus eos in nauim recepit, & gratis, reiecta quam offerebant mercede, suam eius operam præstít. Traecto flumine, Ambianos properant, urbemque ingressi, tandem domum Lupi inueniunt. Accedunt herum, supplices offerunt preces, priorque Iustinus ita eum compellat: Venimus Lupe, ad humanitatē tuam, substancialē nostrā afferentes; vt accepto precio, captiuum nobis fratrem restituas. Ad quæ Lupus: vt cognouit eos Christianos esse, ciuesque Antissiodorenses; ego, inquit, hospitium præbebo, & pueros meos ostendam: in quibus si fratrem vestrum videritis, precio redimatis.

Vesperè igitur duodecim pueris in eorū cōspectum adductis, Iustinianus, qui querebatur, inter eos non erat. Itaq; beatus Iustinus oculos circumferens, videt quandā extrā illos assistētem puerum, manu sua accensam tenentem

Iam-

lampadem. Is vero erat beati Iustini frater, antè eum diem nunquam ei visus. Sed ille plenus spiritu sancto, nullo homine docente, eundem *Iustinus cog-*
noscit fratrem suum quem
germanum fratrem suum hactenus incognitum,
ocyus cognovit, & gratulabundus, stupore fa-
nunquam
nē ipso Iustiniano, & cunctis, qui aderant, fide-
libus, cum est amplexatus.

Aderant tunc fortassis quidam Rictiouari *accusantur*
praefecti retiarij; qui ut eos Christianos esse *sanc*t*i apud*
sensere, properè ad dominum suum referunt. *Rictiouarum*
Is missis confessim satellitibus suis in custodiā
præfettum.

eos abduci præcepit. Lupus verò, qui eos hospitio excepérat, ut imminens periculum cognovit, noctu eos excitauit: monuitq; , ut gratis recepto fratre, ocyus abscederent: mortisque supplicium mature effugerent . Illis itaque profectis, repente aduolant missi à Iudice car-

Humanitas
Lupi hospitiū.

nifices: qui non inuentis quos quærebant, eadem celeritate ad illum redenunt, & homines illos abiisse enunciant. Mox ille iubet quatuor equites abeuntes insequi, & ad suum tribunal eos perduci, vel reluctantibus confessim trucidari. Properantibus igitur persecutoribus, Iustinianus imminētis periculi ignarus, in loco, quem Luperam vocat, consistens ait ad fratrē; Locum hunc opportunum cernis, & hauriendo aqua, & cibo sumendo. Si lubet hic pauli-
sper affideamus, ut cibo potuque refocillati ad *Insequuntur*
reliquum itineris expeditiores simus. Iustinus *sanc*t*os Ri-*
autem futurorum præscius: Si, inquit, hic quid *c*touari mis-**
piam gustare vultis, festinatione summa opus
lites.
est. Appropinquat enim missi à iudice, qui nos
poenas luituros ad illum adducant. Ocyus igi-
tur cibum sumite: ego verò insidias contem-
plabor.

S 2

plabor: Quid si quempiam eo animo ad nos accedere persenserō, ego illum sermonibus detinebo, vos autem in hanc specum vos subducite.

*Iustinus
puer imper-
territus se-
hostibus of-
fert.*

Hæc cōm propheticō spiritu sanctus dixi-
set puer, mox adsunt carnifices, iudicis pre-
ceptum executuri. Ijs conspectis, cæteri in spe-
luncam se abdūt: beatus verò Iustinus ad mar-
tyrij gloriā pergit intrepidus. Ad eum igitur
quatuor illi accedunt equites, sciscitatur quis
fit; quæ eius professio; quinam illi, aut ubi sunt,
quos habuisset socios. Ille per ordinem omnia
explicans: Ego, inquit, Iustinus dico & Chri-
stianum me liberè profiteor. Et quia vos Chri-
stiani nominis persecutores noui, non licet
mihi meos vobis comites prodere. Illis autem
strictis gladijs mortem ni proderet minitanti-
bus, respondit Iustinus. Evidem me felicem
iudicabo, si pro Christi nomine, supplicia &
mortem subiero: paratus certè pœnas perpeti
& animam meam in hac vita perdere, ut æter-
num custodiam eam.

His auditis, carnifices ira perciti sīnē mori
in eius necem conspirarunt; vnuſque eorū, ca-
teris hortantibus, ceruicem illi mucrone præ-
cidit. Eius martyrij gloriā mox insigne & stu-
pendum planè miraculum illustrauit. Nam
truncum corpus manibus præcisum apprehen-
dens caput, coram lictoribus constituit immo-
bile: quo illi miraculo perterriti fugam capie-
sunt. Pater verò eius & frater è specu egressi
viso tam stupendo miraculo, variè animis af-
fecti fuere: hortante martyrij gloria, ut exul-
tent: natura inuitante ut plorent. Inter ea tam
maxime

*S. Iustinus
capite trun-
catur.*

*Præclarum
miraculum.*

maxime eos anxious habebat, quod nescirent, *Loquitur*
 quo modo sepultura corpusculum mandaret. *precisum est*
 Cumque ea de re inter se conferreret, eccè caput *pro patria*
cofrasti
 martyris disertis eos appellans verbis, Abite, *suo.*

inquit, ad locum Luperam, atque illic meum
 humate corpusculum. Porrò matri hoc meum
 apportare caput: ut amoris erga se mei hoc pi-
 gnus habeat. Quod si mei tenetur desiderio,
 studeat sequi me in paradiſo iam degentem: v-
 bi animæ sanctorum feliciter quiescunt,

Tum illi corpus sanctissimi martyris reue-
 renter sepeliant; & caput matri adferunt; quæ *Lux celitus*
 cùm illud profusis præ gaudio lachrymis exci- *effunditur*
 peret & Christi numen collaudaret, eccè lux *super caput*
 ingens in medijs noctis tenebris cælitus, supra *eius.*
 domiciliū effusa est: populo, qui in urbe erat,
 vniuerso admirante, & Christi gloriam in
 martyre hymnis & canticis celebrante. Cùm
 verò Episcopus ciuitatis sacrum illud marty-
 ris caput honorifice conderet, circa quædam *Cœca illuminatur*
 superueniens puella, mox lumen adepta est;
 pleber rursus noua lætitia exultante, & incly-
 tum martyrem laude & prædicatione efferen-
 te; ad gloriam benignissimi Salvatoris, qui
 sanctos suos ita exaltare dignatur; cui honor
 est & potestas per æterna secula: Amen.

Vide Notat.

C. Baron.

in Martyrol.

Roman.

Obijt is Rex

Ebroicensis scripta ad Audoenum: Ex ea que
est apud V.P. Laur. Sarium. Claruit temporibus
Clodouei Regis Francorum, ac Filiorum eius. *Anno Domi.*
Sedit annos 42. *ni 514. Iux-*
tà Baron.

Tom. 6. 48.

hal.